

quaesumus, bene * dicendo orationes famuli tui, et eum aspirando praeveni, et adjuvando proseguere; ut cuncta ejus oratio a Te semper incipiat et per Te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Then shall be sprinkled with holy water first the Habits, and then the postulant. Then, those who assist shall take to the same each portion of the vestments, and at the same time the Father Director turning towards him shall say:

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, qui secundum carnem natus est, renovare spiritu mentis tuae et induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis: in Christo Jesu Domino nostro. R. Amen.

P. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Adesto Domine, supplicationibus nostris; ut famulum hunc bene * dicere digneris; cui in tuo nomine habitum sanctae Religionis Virginis Mariae imponimus, a mundi impedimento vel saeculari desiderio defende: et concede ei in hoc sancto proposito devote persistere et remissione peccatorum percepta, ad electorum tuorum valeat pervenire consortium. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

When it is a question of vesting a brother the Director shall put the Habit upon his back, with the words:

Immittat in te Dominus Sanctae Religionis amorem, ut sancto fervore succendaris et ardeas coelestium bonorum desiderio. Amen.

Afterwards, taking the girdle, and having turned toward the Altar he shall say:

Accinge, Domine Jesu Christe, lumbos mentis ejus, ut serviat Tibi in tabernaculo Tuo. Qui vivas et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

He shall give the girdle to whoever may assist in the vesting,

since, especially for the Sisters, she who assists has the special office of putting the vestments upon the postulant, and so, following; meanwhile, the Priest shall say:

Accipe corrigiam super lumbos tuos; ut sint lumbi tui praecincti in signum temperantiae et castitatis. In nomine Patris et Fi * lii et Spiritus Sancti.

R. Amen.

Delivering the Scapular, he shall say:

Tolle jugum Christi suave et onus ejus leve. In nomine Patris et * Fi lii et Spiritus Sancti. R. Amen.

Taking in his hand the white cloak and turning to the Altar, he shall add:

Mortifica, Domine Jesu Christe, famulum tuum; ut vestimento humilitatis et salutis circumdetur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

And in delivering the aforesaid cloak, he shall say:

Accipe chlamydem albam in signum puritatis et continentiae; ut Deo servias in simplicitate et caritate. In nomine Patris et Fi * lii et Spiritus Sancti. R. Amen.

Then shall he take the crown in his hands, and, turning toward the Altar, shall say:

Septies in die laudes dicat tibi, Domine Jesu Christe, ut mens ejus ad super coelestia erecta, tibi, qui es omnium in te credentium salus sempiterna, inhaereat. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R. Amen.

Delivering it, he shall say:

Accipe signum orationum in manibus tuis, ut more contemplantium, contempta felicitate terrena, praesentem vitam habeas in patientia et in desiderio futurorum, cupiens dissolvi et esse cum Christo. In nomine Patris et Fi * lii et Spiritus Sancti. R. Amen.

Afterward, taking the lighted candle and turning to the Altar, he shall say:

Domine Jesu Christe, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illustra faciem tuam